Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36559
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



adeo accepisti operans cibu queras. At illa suspirans ait. Utinam
mi quidem manus essent que moueri possent. nec autem species tantum
seruata est manuum. Nam ipse sunt mortue. et meis morsibus debiles. et
sine sensu reddite. Tunc autem adprehensis pœrus manibus eius
sanauit eas. Erat enim hec mulier mater clementis a quo et in eo
dem loco cognita est. Nam per uirtutes petri et alios filios rece
pit. faustinum et faustum. qui mutatis nominibus aquila ac ni
ceta appellabantur. et uirum suum faustinianum. qui multo a se
tempore fuerant separati. xvi.

Et cum uellent nauigare ex illa insula. mater ait ad cle
mentem. fili dulcissime rectum est ut ualedicam muliercule
que me suscepit. est enim egens et paralytica iacens in lecto.
Quibus auditis pœrus et omnes qui audierant ammirati sunt
bonitatem et prudentiam femine. Et continuo iussit pœrus ab
ire. quosdam et deferre mulierem in lectulo ut iacebat. Cum fu
isset allata et in medio turbe astantis collocata in conspectu
omnium pœrus ait. Si ueritatis ego sum preco ad confirman
dam fidem horum omnium qui assistunt ut sciant et credant
quia unus est deus qui fecit celum et terram. in nomine ihesu xpi
filii eius surgat hec mulier. Et statim ut hec pœrus dixit
surrexit mulier sana. et procidit ad pedes petri atque ami
cam suam ac familiarem osculis petens gratias domino referebat.

His expletis uolente pœro ut iret ad hospicium xvii.
dominus domus ait ad eum. Turpe est et impium tali sancto ui
ro manere in stabulo. cum ego pene omnem domum uacan
tem habeam. lectosque stratos quam plurimos. et que necessaria sunt
parata. Sed pœro contradicente. uxor patris familias una cum
liberis suis prostrauit se ante eum. et exorabat dicens. Obsecro
te mane apud nos. Sed nec sic quidem acquiescebat pœrus.